



LEX eadem morti est quæ morbi; jura filere
Mars facit; & leges Parca filere facit.
Nobile qui columen modò curiæ, & usq; clienti
Sollicito promte stabat in auxilium
Hagenius, silet hac jam lege extinctus; & hoc mors
Immiti leges more filere facit;
Lex dura est, sequitur sed scriptam semper, & æquum
Non scriptum nescit, regula scripta manet.
Ergo quàm strictâ sequitur ratione, feramus
Legem, & quam nulla defugere arte licet,
Post hac immiti vivemus lege soluti,
Non mortis legem cœlica jura ferunt.

MAGNUS Bølger Hannoveranus.

Sic est, Fatorum stant duro adamante ligata
Leges: heu! nulli parcere Parca potest.
Ecce etenim Themidos qui splendida scripta vo-
lutans
A Musis patriis digna brabeja tulit;
Qui virtute suâ summam proventus in aulam
Et Ducibus carus Principibusq; fuit.
Hinc jam nunc moritur, nec virtus dia nec Aula
Hunc tegit: hæc summa est: Mors sua quemq;
manet.

*Melchior Westenholz
Hannoveranus.*

O mors